

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

4º Ex v. 41, disce quod Christus Salvator noster sit salutifera Dei gratia: *Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri, etc.*, quia Christus Jesus est primum Dei in nos peccatores gratium donum; at domini in quo omnia continentur salutifera Dei dona. *Quod non etiam cum illo omnia nobis donavit, Rom. 8, 52;* fons omnis doni et gratiae, ex quo, per quem et propter quem omnis emanat ad nos gratia Dei. Hinc collige quantum debeat esse tunc in Christum affectus; quam continua et intima tui cum hoc gratiarum fonte cordis unio, sine qua nihil es, nihil habes, nihil potes, a quo, et in quo, et per quod habes et potes omnia: *Omnia possum in eo quod me confortat.* Christo itaque Iesu, gratia: substantia, gratiarum omnium fonte, mente et corde frequenter unire, dicens: *Diligam te, Domine, perfecte mea, firmamentum meum, refugium meum, adiutor meus, susceptor meus, liberator meus, protector meus, vita mea.*

5º Ex eodem v. 42, disce quod primum Doctoris nostri erga nos documentum sit abnegatio, hic et Luc. 9, 23: *Dicebat ad omnes: Qui vult venire post me, abneget semetipsum.* Abnegantes primo impietatem doctrinæ, doctrinam Dei cultui contraria, perversa dogmata, ait D. Chrysostomus; secundum, impietatem morum, celestam atque improbam vitam, idem D. Chrysostomus, seu omnia peccata quibus homo avertitur a Deo, convertitur ad creaturas; tertio, mundana desideria, quibus homo creature, quasi fini suo adhaeret, quibus cor suum dat creaturis, quod sibi Creatori debet, quibus creature, quasi idola, colit in corde et quasi in abscondito.

Quot ergo Christiani non sunt verè Christiani, non sunt verè discipuli Christi, quippe qui primo Christi documento nondum obaudierunt! Nimirum quotquot perversa deo rebusque divinis dogma sequuntur; quotquot peccatis suis deo sunt habituiter aversi, ad creaturem conversi; quotquot suis secula illius desiderii adherentes creature, interis colunt creaturem, in eo et interiori, et exteriori, et desideris et actionibus toti occupantur creature, has cogitant, has amant, has colunt, in his sunt toti! Tales sunt avari omnes, avarii et argenti idololatriæ; ambitiosi omnes, gloriae et honoris idololatriæ; voluptuosus omnes, seu ventricula, seu Veneris idololatriæ. Quid potest homini status et extrema idola contempnere, evertere, confingere, si idola interna habet in corde, quibus se et omnia sua devovit, et in quibus colendis totus occupatur, vero Deo oblitio, neglectio, contemptus? *Maledictus homo qui facit scupile, etc., ponitque illud in abscondito.* Deuter. 17, 45. Consule cor tuum, et vide ne forte aliquod abscondat idolum. Hoc ne fiat, abrenunciata Satana, omnibus externis et internis idolis; baptismum renova, teque Christo, solique Deo vero et vivo consecra; illum unicum amas, adora, cole, ceteatis contemptus. Externorum ubi necessarios usus conceditur, prohibetur amor et cultus, ut Deum, tuum et illorum Creatorem, unicè diligas et colas.

4º Ex eodem v. 12, disce secundum Christi documentum, et quod est primi consequentia. Ad quid enim prædictam abnegationem nolis discipulis suis præcepisti? *Ut vivamus sobrie, justè et piè.* Piè et religiosè erga Deum; hanc autem erga Deum pietatem in corde nostro desirante sculentes cupitudines, quibus avertitur cor a Deo, ad creaturem convertitur. Ju-stè erga proximum, ad quam justitiam charitatis of-

ficiā reducuntur quia sunt à Deo precepta: hanc autem utramque, et justitiam et charitatem violare semper paratus est qui suis obedit cupiditatibus. Sobrietè et temperatè quoad nosmetipsos; hanc quoque sobrietatem nescit cupiditatem servus. Abnegationis ergo fructus et finis est, ut in hoc seculo *vivamus sobrie, justè et piè.* Attende igitur huic Doctoris nostri secundis lectioni, que est totius Evangelii epitome, ianuam justitiae christiana summa, que tribus verbis omnes officii nostri partes nos doceat; et vide num erga Deum verè plus sis, unum adorans in spiritu et in veritate; num erga proximum justus, illum nec verbo nec facto laedit, illum diligis, adjuvas, etc.; num soberus in rerum externarum usus, Bria, est mensura, ait D. Thomas; soberius, inquit, accipitur pro mensurato usus rerum exteriorum et extrinsecarum passionum. An uteris mensuratur? Recordare hanc mensuram concludi debere intra necessarii limites, intra regulas utilitatis, et intra charitatis finem. Requiritur necessitas, aut saltem utilitas, et in intentis corde gratiarum actio. Extriorum usus necessarius conceditur, etc. Vide superius.

5º Ex v. 13, disce quod si vita sobria, justa et pia, sit abnegationis fructus, ipsa semen est beatitudinis aeterna. Tertium est ergo hoc Christi documentum, quo nos hic sobrios, justos et pios doceat expectare beatitudinem aeternam in coris propissam. *Expectantes beatam spem...* Quasi dicere: Peregrini estis super terram, estis autem *cives saeculorum, et domestici Dei:* hic permanent non habetis civitatem, sed futuram exquiritis et expectatis: *sitis itaque expectantes beatam spem, aeternam beatitudinem, vite pia, justa et sobria scopum, finem et premium; hanc aeternam felicitatem cogitate, amate, desiderate, sperate expectate.*

Hinc rursus consule cor tuum, et vide an huic Christi documento respondeat; an, à terrenis separatum, aeternam expectare beatitudinem; an è contra, terrena adherens, in terrenis suam querit beatitudinem.

Et expectantes adventus glorie, etc. Quia duabus constantibus partibus, anima et corpore, duos expectamus partiales beatitudines, anima beatitudinem post mortem, corporis beatitudinem post gloriosum Christi adventum, qui corpora nostra vivificat.

CAPUT III.

1. Admone illos principibus et potestatibus subditos esse, dicto obdere, ad omne opus bonum paratos esse;

2. Neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetitudinem ad omnes homines.

3. Eramus enim aliquando et nos insipientes, increduli, errantes, servientes desideris et voluntatis variis, in malitia et invidiis agentes, odibiles, odientes invicem.

4. Cum autem benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei,

cabit et glorificabit. Hæc est igitur secunda pars specie nostræ, *expectantes adventum, etc.*: sperate, desiderate, expectate adventum glorie, etc. Hanc adventum quotidie petimus, orantes: *Pater noster, etc.*: *adveniat regnum tuum.* Sed, heu! ne adveniat reformidamus. Ut hanc formidinem in spem convertat Apostolus, paucissimis verbis hic congregat omnia quæ spem nostram possunt robore. Primo, *adventus est glorie:* veniet gloriosus suum nobis gloriae communicaturus, nosque sibi similes in aeternâ felicitate redditurus; secundo, *magni Dei, et Salvatoris nostri Iesu Christi;* quasi dicere: De hoc ne dubitetis: *Iesus est, Salvator noster est; magnus Deus est: quia Jesus, misericors est; quia Salvator, vult in exterum salvare;* quia *Deus magnus, omnipotens est, facit omnia quæ vult:* quod si hæc vobis non sufficiunt, attendite quæ sequuntur.

Tertio: *Qui dedit semetipsum pro nobis.* Perpende hæc: *Iesus, Salvator, magnus Deus, dedit semetipsum pro nobis peccatoribus et iniunctis suis, cum iniuncti essent, etc.* Quid ergo faciet nobis nunc amicos suis, filii et fratres suis? Attende finem quobam dedit semetipsum, etc., ut nos redimeret ab omni iniuncta, et mundaret, etc. Quid ergo non sperabat tanto pretio redemptum, et in Christi sanguine per omnia sacramenta mundatus? Et mundaret sibi populum, etc. Obstupescit hic, et obstupfactus, clama: *Domine, quid es homo, quid memor es ejus; quid pro eo nasci, vivere, pati, mori dignatus!* Ad quid? ut redimeret, ut mundaret, ut à peccatis mundatur, seligeres populum tibi pecularem, qui esset instar peculi tui (*le propre bien de Dieu*).

Hinc, o peculum Dei, disce in infinitam et inefabilem hanc Dei misericordiam sperare; disce huic incomprehensibili bonitati respondere; Iesum, Salvatorem nostrum, magnum Deum diligere; peccata, ob que mortuus est, detestari; omnia opera bona sectari; totum Dei esse, et in hoc sole gloriarum. Sum Dei peculium, thesaurus, Dei possessio praestantissima! Cave ne quidquam tanto honore indignum facias: *hac longue, hac alio doce, haecque faciens et docens, spera, desidera, expecta adventum glorie magni Dei, et Salvatoris nostri Iesu Christi.*

CHAPITRE III.

1. Avertissez-les d'être soumis aux princes et aux magistrats, de leur rendre obéissance, d'êtres prêts à faire toutes sortes de bonnes œuvres;

2. De ne méfier de personne, de fuir les contentieux, d'être modérés, et de témoigner tous espèce de douceur à l'égard de tous les hommes,

3. Car nous étions aussi nous mêmes autrefois insensé, désobéissants, égarés, asservis à une infinité de passions et de volontés, pleins de malice et d'envie, dignes d'être hâts, et nous hâssant les uns les autres.

4. Mais depuis que la bonté de Dieu, notre Sauveur, et son amour pour les hommes, a paru dans le monde,

5. Non ex operibus justitia, que fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit, per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti.
 6. Quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum;
 7. Ut justificati gratis ipsius, haereses simus, secundum spem vita aeterna.
 8. Fidelis sermo est, et de his volo te confirmare, ut current bonis operibus praeceps qui credunt Deo. Hec sunt bona et utilia hominibus.
 9. Studias autem questiones, et genealogias, et contentiones, et pugnas legis devita; sunt enim inutiles et vanas.
 10. Haereticum hominem, post unam et secundam correctionem devita,
 11. Scimus quia subversus est, qui ejusmodi est, et definiuit, cum sit proprio iudicio condemnatus.
 12. Cum misero ad te Artemam, aut Tychicum, testina ad me venire Nicopolin; ibi enim statui hucare.
 13. Zenan legisperitum, et Apollo sollicito premitur, ut nihil illis desit.
 14. Discant autem et nostri bonis operibus praesesset ad usum necessarios, ut non sint infructuosi.
 15. Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.

ANALYSIS.

1^o Monita dat omnibus communia; potestatibus obediant, v. 1; nemini despiciant, nec coniurant, sed sint ad omnes, etiam infideles, mansueti, v. 2; memores quid ipsi fuerint, v. 3; memores et Divinae in nos misericordiae, v. 4.

2^o Immensam in nos Dei misericordiam exagerat, quia non immortales, in baptismio, per Spiritum sanctum regeneravit, ut haereses simus aeterna vita, v. 5, 6, 7, hancque misericordiam vult a Tito fidelibus incurriri, ut ejus memores, bonis operibus praeceps, v. 8.

PARAPHRASIS.

1. Admone Cretenses tuos, ut principibus, et quibuslibet potestatibus habentibus, sint subditi; ut illorum iussis prompte obediant, et sint parati ad omne bonum opus faciendum, si ab eis injungatur.

2. Ut nemini maledicant, nec sint contentiosi, aut rixarum amantes, sed aequi et placidi, summanam la omnes proarsi, homines exhibent mansuetudinem.

3. Nam et nos aliquando fuimus vera sapientie lumine destituti, increduli, a via veritatis errantes, variis desideriis et voluntatibus mancipati, maligne et inuidi cum aliis agentes, odio digni, et alios invicem odientes.

4. Cum autem illuxit (per Evangelii praedicacionem) bonitas, et singularis in homines amor Dei, Salvatorem nostri

5. Il nous a sauvés, non à cause des œuvres de justice que nous eussions faites, mais à cause de sa miséricorde, par l'œuf de la renaissance, et par le renouvellement du Saint-Esprit,
 6. Qu'il a répandu sur nous avec une riche ébullition, par Jésus-Christ, notre Sauveur,
 7. Afin qu'étant justifiés par sa grâce, nous devissions les héritiers de la vie éternelle, selon l'espérance que nous en avons.
 8. C'est une vérité très-certaine, et dans laquelle je désire que vous affermiez les fidèles, que ceux qui croient en Dieu doivent être toujours les premiers à pratiquer les bonnes œuvres. Ce sont-les choses vraiment bonnes et utiles aux hommes.
 9. Mais évitez les questions impertinentes, les genealogies, les disputes et les contestations de la loi, parce qu'elles sont vaines et inutiles.
 10. Fuyez celui qui est bâtarde, après l'avoir repris une et deux fois;
 11. Sachant que quelconque est en cet état est perverti, et qu'il pêche, étant condamné par son propre jugement.

12. Lorsque je vous aurai envoyé Arémias sur Tylique, faites-vous de venir me trouver à Nicopole, parce que j'ai résolu d'y passer l'hiver.
 13. Envoyez devant Zénas, docteur à la loi, et Apollon, et ayez soin qu'il ne leur manque rien.
 14. Et que nos frères aussi apprennent à être toujours les premiers à pratiquer les bonnes œuvres, lorsque le besoin et la nécessité le demandent, afin qu'ils ne demeurent point stériles et sans fruit.
 15. Tous ceux qui sont avec moi vous saluent. Saluez ceux qui nous aiment dans l'union de la foi. La grâce de Dieu soit avec vous tous. Amen.

ANALYSIS.

5^o Iustus et fideles prohibet questiones et pugnas, v. 9; hominem haereticum, semel et iterum admouatum, iubet devitari, v. 10, 11.

4^o Titum ad se vocat, v. 12. Zenan autem et Apollo sollicito præmittat, etiam necessarium curat viaticum, v. 15. Discant, te hortante, nostri Christiani, in talibus occasiōibus, pro suo modūlo, Evangelii præmissione describere, n. 14.

3^o Salutat, et solitā adprecatione claudit Epistolam, v. 15.

5. Non propter opera nostra justa, sed gratis et ex sua misericordia, salvos nos fecit per baptismum; quo, per gratiam Spiritus sancti, regenerantur in filios Dei, et novi homines efficiuntur.

6. Quem Spiritum sanctum Deus Pater in nos large et copiosè effudit, per Jesum Christum Salvatorem nostrum.

7. Ut, per gratiam ipsius a peccatis-purgati, et justitia donati, simus haereses vita aeterna, cum specie eam assequendi.

8. Certa sunt que dixi, et volo ut de his fratris tuis confirme; ut qui Deo credunt, current alii priece in bonis operibus, que sola proprie bona sunt, et hominibus utilia:

9. Inane autem questiones, et genealogias, et

fideles circa legem pugnas rejice et devita, quia vanas sunt et inutiles.

10. Haereticum hominem, si post unam et alteram correptionem fuerit pertinax, devita,

11. Scimus quod hujusmodi haereticas sit subversus, et peccat sciens et volens, et idcirco semipsum intus condemnamus.

12. Cum Artemam, aut Tychicum ad te misero, ut tuas vices suppleant, festina ad me Nicopolin venire; ibi enim biemare statui.

COMMENTARIA. CAP. III.

13. Zenam, legis Mosaicæ doctorem, et Apollo cura sic instructos omnibus ad iter necessaris premitere, ut illis in via nimirum desit.

14. Discant nostri Christiani, quod supra dixi, alii bonus operum studio priece, ad usus allorū (et maxime evangelicorum predicatorum) necessarios, ut non sint infructuosi in agro Domini.

15. Salutant te omnes qui mecum sunt fideles; saluta eos quibus amant ob fidem et secundum fidem.

Gratia Dei sit cum omnibus vobis. Amen.

COMMENTARIA. CAP. IV.

16. ERBANTES, à via veritatis. SERVIENTES DESIDERIIS ET VOLUNTATIBUS VARIIS, id est, variis desideriis et voluntatibus mancipati. IN MALLITIA ET INVIA AGENTES, id est, in spiritu malo et inuidi cum aliis agentes.

Oribiles, OBIDENTES INVICEM, id est, digni odio et alios invicem odientes, seu contumis infestis, ferarum more. Injus ergo miseri status memores, compatis maris; sed et attendentes ad benignitatem Domini nostri Iesu Christi ergo nos, qui immortis renovavit.

VERS. 1. — ADMONE ILLOS PRINCIPIBUS ET POTESTATIBUS... In precedenti capitulo singulis statibus mortali dedit Apostolus; hic omnibus communia dat, ac primo ut superioribus obedient: Admone illos, id est, Cretones tuos, etc. Vide paraphrasim.

Tria notantur his in verbis inferiorum erga superiores officia, at D. Thomas: Reverentia subjectio, seu illorum autoritatis submissio, SEDUTUS FSE: obedientia jussionis, seu ilorum iussis prompta et libens obtemperatio. BUCO OPERIBUS: cordis et animi preparatio ad omne bonum opus faciendum, si injungitor, PARATOS ESSE. Dicit AD OMNE BONUM OPES: alioquin, si malum opus imperatur, Domus magis obedientum foret quam hominibus. Hinc, discreti requiri ur in obedientia, ait D. Thomas sicut et promptissimo.

VERS. 2. — NEMINEM BLASPHEMARE, id est, ut nemini maledicant.

NON LITIGIOSOS ESSE, id est, non sint contentiosi et rixarum amantes. Grac. à p. gñl alienos; Syr.: Non sint pugnaces, sed mansueti.

Sed MODESTOS, id est, sed sint aequi, placidi, et summanam in OMNES HOMINES MANSUETUDINEM exhibant, non fideles tantum, sed infideles et eis contradicentes.

VERS. 3. — ERAMUS ENIM ALIQUANDO ET NOS... Dat rationem cur etiam erga infideles et improbos debemus esse mites et mansueti; quasi dicer: Fuius et nos aliquando tales ac illi, debemus igitur eis compati. Hoc dicit Apostolus in persona gentilium ad fidem conversorum; hinc dicere potuisse: Fuius et vos, etc., sed modestus: Fuius et nos, etc.

INSPIENTES. Syr., rationis ex ertis, id est, vera sapientia lumine destituti.

INCREDLI. Syr., refractarii, inobedientes.

VERS. 1. — Admone illos principibus et potestatibus esse, etc., id est, obediens principibus seu magistratibus.

VERS. 2. — NEMINEM BLASPHEMARE, id est, neminem maledicere aut mala imprecari, neminem conciari.

Non litigiosos esse, id est, non pugnaces, sed modestos, etc., placidi, mites, humanos, etc.

VERS. 3. — ERAMUS ENIM ALIQUANDO ET NOS INSPIENTES, increduli, errantes. Dicit ergo: Nos, qui nunc Dei beneficj Christiani sumus, quondam eramus insipientes sive stulti, qui verâ sapientia destituti. Eramus errantes, tam in via morum quam doctrinae; Servientes desideriis et voluntatibus variis, hinc enim omnis peccator servus peccati vocatur; in malitia et inuidi agentes, odriles, odientes invicem.

Vers. 5. — Non ex operibus justitia, id est, non merito operum justorum, que fecimus nos, sed secundum

et renovati seu novi homines effici; scilicet ex insipientibus, incredulis, errantibus, vitia servientibus, etc., v. 5, facti sapientes, credentes, Deo obedientes, Spiritu Dei agentes et acti;

VERS. 6. — *QUEN EFFUDIT IN NOS ABUNDÉ...*, quem Spiritum sanctum, Iesus Pater in nos largè et copiose effudit per Iesum Christum Salvatorem nostrum. In baptismio scilicet et confirmatione, que statim post baptismum dabatur per manum impositionis. Ecce sacrosanctam Trinitatem formaliter expressum.

VERS. 7. — *UT JUSTIFICATI GRATIA IPSUS...*, id est, ut per gratiam ipsius a peccatis purgati et justitiam donati, SIMUS HERIDES ETERNAE VITA, cum spe certissima hereditatis consequenda. Jam quidem heredes sumus, non in re, sed in spe; jux habemus ad hereditatem et certò speramus quid eam aliquando consequemur.

Observatio dogmatica et moralis.

Hic in versibus nota non tantum formalem sanctissime Trinitatem mentionem, sed et distinctam in nostra regeneratione operationem, et quidem unicuique personae proportionatam et conformem. Deus, Pater et Salvator noster, per Iesum Christum, Salvatorem nostrum, caputque nostrum, in nos Spiritum sanctum, sanctificationis formam effundit, ait apostolus, Pater, qui Divinitatis omnissime divina processus principium est, et nostri esse divini nostraque vice nova est principium; Filius, qui cum Patre spiritu sancti compunctionem est, et cum Patre sancti spiritus in nos effusionis est compunctionem; spiritus sanctus, qui Patris et Filii spiritus est, amor et quasi cor, in nobis à Patre per filium effusus, utriusque spiritus est habitans in nobis, animans nos, sanctificans nos. Quid mirum, si in nomine Patris et Filii et spiritus sancti baptizamus? Pater aeternus, baptizatus Pater est ejusque divini esse principium; filius divinus fit caput baptizati, in quem, tanquam in suum membrum, infundit spiritum suum; spiritus sanctus fit baptizati

dum, id est, propter suum misericordiam, id est, gratis ex merita Dei misericordiam, saluos nos fecit, id est: Per gratiam beneficentiam, quam nos misericordia est, in quibus nihil boni repertus ad quod respici est, saluos non fecit.

Per lacrimam regenerationis; qui: qui baptismi sacramento loris absumunt, intus regenerantur in filios Dei per gratiam adoptionis, idque ex institutione Christi;

Et renovationis spiritus sancti; quo scilicet per gratiam spiritus sancti renovantur, et novi homines, putu sancti, iusti, Dei amici et filii efficaciori: qui baptizatur, deposita vetustate peccati, in novam transiit creaturam.

Vers. 6. — *Quem (scilicet spiritum sanctum, id est, spiritus sancti gratiam et dona) effudit in nos abundé per Iesum Christum Salvatorem nostrum. Abundé*, id est, opulenter, largè, copiose, idque hoc fine,

Vers. 7. — *Ut justificati*, id est, a peccatis expurgati, et justitiam donati, non nostro merito, sed gratia ipsius heredes, etc., id est, heredes nos loro spem in celo vita eterna.

Vers. 8. — *Fidelis sermo est*: Hoc, qua: jam dixi de beneficiis gratuitis justificationis et salvationis nostrae, certa sunt, et fide dignissima.

212 quasi spiritus, cor et anima, vita-supernaturalis et divina.

VERS. 8. — *FIDELIS SERMO EST, ET DE HIS VOLO TE...* Certa sunt et inhibuita quae dixi, et de his volo ut fratres tuos confirmes; seu ut, nugas Iudeorum omisis, has veritates de Dei in nos amore, de nostra renovatione et de hereditate vita eterna, fratribus predicias, et affirmit tanquam certissimas.

UT CURENT..., id est, ut carum memores current alii praere et prastare in bonis operibus, seu non solo verbo, sed opere et exemplo praecellere; sancti sint, sicut et Deus, cuius filii sunt et heredes; sancti sint, sicut Filius, cuius membra sunt; sancti sint, sicut spiritus sanctus, in quo sunt sanctificati, sanctus est.

HEC ENIM SENT BONA ET UTILIA HOMINIBUS. Hoc enim solum, scilicet bona agere, sancti vivere, proprii bona est et utilis. Post mortem sola restant opera bona et hominum coniunctur; non divitiae, non honor, etc.

VERS. 9. — *STULTAS AUTEM QUESTIONES...*, inane autem et frivolas questiones et genealogias, de quibus vide i Tim. 1, 4, et futilis Rabbinorum pugnas et contentiones circa legem, rejoice et devita, quia vanas et inutiles.

VERS. 10. — *HERETICUM HOMINEM POST UNAM...* Hereticum hominem, nondum ibi sat exploratum, semel et iterum monere, instrue, corrige. Quod si post unam et alteram admonitionem fuerit pertinax,

DESTITUITE eum, cogitū scilicet ejus obstinatione.

VERS. 11. — *SCIENS QUA SUBVERSUS SR...* Potest dici quid triplex alteratur ratio cur relinquens sit hereticum contumax: prima, quia scilicet talis homo, dissipato fidei fundamento, eversus est et incurabilis, irreparabilis, sicut aedificium cuius rufi fundatum; secunda, quia sub sponte sciens et volens peccat, seu non ex ignorantia, aut ex infirmitate, sed sua malitia et obstinatione in malo perseverat; tertia, quia eum Ecclesiam noli audire, et ab ea semetipsum

Et de his volo te confirmare, affirmare, asseverare, asserere et predicare, sensus est: Et vel ut sermone habemus, haec affirmit, et cum asseveratione decess;

Ut current bonis operibus præesse qui credunt Deo, curam habeant honorum operum, ac solliciti sint, ut ea non solim exercant, sed etiam omni studio promoveant tanquam operum exercitio et profecti.

Hoc sunt bona et utilia hominibus: Itæ, inquit,

quæ dixi, et in sece recta aqua honesta sunt, et hominum societati utilitatem afferunt.

Vers. 10. — *Stultas autem questiones, etc. Genealogias intelligit Iudæorum et judaizantium, qui à puro ita hisce student, etc. Pugnas legis*, intelligit futilles questiones et rixas, quæ circa legem moventur, etc., quas omnes inutiles, et vanas, atque supervacaneas pronuntiant; præsternit legi iam abrogata per Christum, quia fructu pietatis carent, qui solus in omnibus disputatione spectandus est.

Vers. 11. — *Sciens quia subversus est, quia ejusmodi est*, id est, qui semel et iterum monitus adhuc in er-

Nicopolis, Thracie, ait D. Chrysostomus, Epri, ait D. Hieronymus.

Vers. 15. — *ZENAM LEGISPERITUX*, scilicet juris Mosaicæ, seu legis Mosaicæ doctorem.

SOLICITÙ PREMITTE, UT NIHIL ILLIS DESIT, id est: Viatice sic instructos mitte, ut nihil eis in itinere desit, seu cura ut subministrarent eis omnia ad iter necessaria.

VERS. 14. — *DISCANT AUTEM ET NOSTRI BONIS OPERIBUS PRÆBESS...* Discant et nostri fratres, te hortante, teque faciente, ita alii praere et praecellere in bonorum operum studio, ubi occurrit necessitas, qualis es haec, ut non sint in agro Christi arbores infuctuosa, sed pro suo modulo rem communem promoveant.

VERS. 15. — *SALUTANT TE QUI MEUC SENT OMNES*.

SALUTA EOS QUI NOS AMANT IN FIDE, id est, ob fidem et secundum fidem, seu verâ et christiana charitate.

GRATIA DEI CUM OMNIBUS VOBIS. ANEX.

Iens in Scriptura, Act. 28. Zenas vero fuit legislator, puta Moysa, doctor, idcōne magne auctoritas et opinio. Hoc ergo Tito committit, ut eos ad se destinet, ut per Cretam iter facturis viaticum subministrari cureret, ne quid lis desit.

Vers. 14. — *Discant autem et nostri bonis operibus præcēs ad uis necessariis: Discant, inquit, te hortante, nostri, id est, Christiani, qui apud te sunt, bonis operibus præcessat atque intendere, ubicunque postulat necessitas;*

Ut nos si in iunctuosi, si bonis operibus studiōsē proper Domini incumbant, per hac enim ipsius aeterna vita comparatur.

Vers. 15. — *Salutant te qui mecum sunt, omnes: Salutem, inquit, tibi precantur omnes qui mecum sunt, id est, familiares et adiutores mei:*

Saluta eos qui nos amant in fide; ut inquit qualis omnium Christianorum amor esse debet, scilicet pietatis et directus à fide.

Gratia Dei can omnis vobis. Amen, id est, fidelibus qui apud te sunt.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notandam, et ad præzim redigenda.

In v. 4, 5, 6, 7, nota tria in mente et corde semper habenda:

Primum: Ineffabilem et singularem totius sanctissimæ Trinitatis in nos amorem; Patris, qui nos salvare volens, Filium suum unicentrum mundo dedit, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam aeternam, Joan. 3, 16; Filii, qui copiosam nobis dare volens Redemptorem, sanguinis sui pretio nos redemit, sacramenta instituit, per quæ, quasi per canales, hic idem sanguis ad nos, salutis nostræ gratia, diffuerat; Spiritus sancti, qui nos de nostra salute certiores reddere volens, hujus nostræ salutis signum et arrha esse dignatus est; et quem propterea Pater aeternus, per Iesum Christum, Salvatorem nostrum, in baptismio et in confirmatione effudit in nos abunde, v. 6.

Secundum: Hujus ineffabilis amoris divini finem, per gratiam Jesu Christi, in baptismio nobis collatum, a peccatis omnibus purgati, justitiam donati, habentes simus vitæ eternæ, cum spe certa eam assequendi, v. 7.

Tertium: Hujus ejusdem amoris divini presentem in nobis effectum, seu nostram in Deo ob baptismum nobilitatem. Pater aeternus Pater noster factus est, nostrorum factus est, sumus in nos spiritum infundens, velut in sui corporis membra; spiritus sanctus factus est quasi noster spiritus, cor et anima nostra. Ad hanc tria jugiter intentus, totam sanctissimam Trinitatem, ob tantum et talem amorem, lauda, benedic, eique continuas gratias age: taliter amantem redama; sis sanctissimam Trinitatem totum, in cuius nomine baptizatus, per distinctam et proportionatam uniuscujusque personæ operationem regeneratus es. Uni ergo trine

Deo vive, at vive dignè Deo; dignè Patre aeterno, Pater tuo; dignè Filio aeterno, capite tuo; dignè Spiritu sancto, spiritu et corde tuo: sanctus es, sicut Pater

eternus, cuius factus es filius et huius; sanctus es, sicut Filius, cuius membrum factus es; sanctus es, sicut Spiritus sanctus, in quo sanctificatus es.

IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM Præfationes.

Philemon, vir nobilis, Phrygianus genere, civis Colossensis, inter suos potenter quidem et opibus, sed maximè christiana fide, pietate et charitate conspicuus. Inter alios multos, servum habuit Onesimum nomine, Phrygianus quoque et Colossensem, qui, dominii sui quibusdam complicitus rebus, Colossi Romanus transfigi. Ille D. Paulus, in prioribus vinculis tunc agens, instructum, conversum, et baptizatum, cum hac Epistolæ commendati ad Philemonem, sibi Paulo charissimum remittit, eum mira charitatem arirogans, ut dala venti. Onesimum in gratiam recipiat.

Scripta est itaque Roma in primis vinculis, eodem tempore quo Epistola ad Colosenses. Vide Estium. Per Onesimum lata an. 62.

Nulum equidem doctrinæ christianaæ caput ex pro-

Philemon ad quem hæc scripsit Epistola, Pauli discipulus, vir clarus erat apud Colosenses: cuius domum Colossi ad sua tempora permanessisse testatur Theodoreetus. Hospitalium huius et Iovensis auxilio fratribus exposuit, sahis his ipsa Epist. loquuntur. Cojus quidem scribendae causa huius ejusmodi: erat Philemoni seruus Onesimus, qui furto fato fuga iniit. Mox utruestris criminis, fugæ et fori posseventia ductus Romani se contulit ad Paulum captivum, quem hero suo noverat esse amicum. Ab eo suscepitus et Christi fidem electus, atque baptizatus, aliquamdiu ministravit et in carcere; donec sat in pietate confirmatus, remittere eum Philemoni visum sit. Remitti autem cum his litteris commendatis, in urbem nro studiis id agi ut seruum domino reconciliet. Non vero dubium, nam precibus Philemon annoverit, ac plus etiam præstiterit quam rogarus esset. Nam manumissioni fusse Onesimum ex econstat, quod postea Timotheus in episcopatu Ephesiorum scripsit, ut liquido probat E. Ignatius ad Ephesios epistola, in qua Onesimus ut illorum episcopi, valde honorificat facit mentionem. Referunt Hieronymus, Chrysostomus et Theophylactus fusse quodam qui negaret huic Epistola locum inter Scripturas sacras, propter humilitatem argumentum, et quod ad hominem privatum ac de re privata scripta

feso docet hic in Epistolâ sanctus Apostolus, sed mirandum dat omnibus Christianis exemplum charitatis: si enim mancipium, si fugitivum, si furem, tamcharitate prosecutus est gentium Doctor et Apostolus, quis Christianus curiarit officia negligat erga quemlibet, eti conditione et moribus vilissimum?

Hæc præterea docemus Epistola, de nullo, quantumvis perditio homine, desperandum; Onesimus enim fuit et fugitivus, Dei gratia, vir illustris evasit, S. Timotheo in episcopatu Ephesina successit; denique sub Trajano Romæ martyrum gloriòse consummatum.

Alias hujus Epistolæ utilitates colligit D. Chrysostomus, quas et nos suis in locis annotabimus.

Sed bene ab iisdem respondetur, utcumque argumentum humile et abjectum videatur, handiquam indignum esse Spiritu Dei. Quo auctore Paulus hanc Epistolam scribens in commendando et reconciliando extreme sortis homine, tam egregium charitatem exemplum universi Ecclesie reliquerit, etiam nullum huius doctrinæ christianaæ caput ex processu traxerit. Sane Chrysostomus quatuor utilitates in hæc Epistolâ colligit, quas apud eum in argumento videtur est. Eadem breviter recenset Theophilus. Scripta est Roma: è vinculis, quorum quinque menit. Misericordia Pauli per Onesimum, nra cum Epistolâ ad Colosenses, Tychico ad perferendum tradidit. Similis enim missa fusse has duas Epistolæ manifestè appareat, nam utramque Timotheo conjungit in principio, utræcumque Archipompum compellat, denique utræcumque eodem habet salutatores in fine, Epaphoram, Marcum, Aristarchum, Demam et Lucanum. Eodem tempore scripta fusse Epistolam ad Ephesios et ad Philipp. affirmat Hieronymus, et dicens conatur, cujus sententiam alii in locis expundimus.

Epistola hujus quam admirandum sit artificum Graeci expositores passim inter commentandum annotant, Cajetanus quoque sub finem sui commentatori, et Erasmus annotatione in hanc Epistolam ultima-

2. Et Appie sorori charissimæ, et Archippo companioni nostro, et Ecclesie que in domo tua est;

3. Gratia vobis et pax à Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.

4. Gratias ago Deo meo, semper memoriam tuam in orationibus meis,

5. Audiens charitatem tuam, et fidem quam habes in omnes sanctos;

6. Ut communicatio fidei tuae evidenter fiat in agnitione omnis operis boni, quod est in vobis in Christo Jesu.

7. Gaudium enim magnum habui, et consolationem in charitate tua. quia viscera sanctorum requieuerunt per te, frater.

8. Propter quod multam fiduciam habens in Christo Jesu imperandi tibi quod ad rem pertinet:

9. Propter charitatem magis obsecro, cum sis talis ut Paulus senex, nunc autem et vincetus Jesu Christi.

10. Obsecro te pro me filio, quem genui in vinculis. Onesimo :

11. Qui tibi ali quando inutilis fuit, nunc autem et mibi et tibi utilis :

12. Quen remisi tibi. Tu autem illum, ut mea viscera, suscipe;

13. Quen ego volueram tecum detinere, ut pro te mibi ministret in vinculis Evangelii :

14. Sine consilio autem tuo nihil volui facere, utne velut ex necessitate, bonum tuum esset, sed voluntarium.

15. Forsitan ideo discessit ad horam à te, ut aternum illum recuperes :

16. Jam non ut seruum, sed pro servo charissimum fratrem, maxime mibi; quanto autem magis tibi et in caru et in Domino ?

17. Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me;

18. Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mili imputa.

19. Ego Paulus scripsi mea manus; ego reddam, ut non dicam tibi, quod et te ipsum mili debes.

20. Ita, frater, ego te fruar in Domino; refice viscera mea in Domino.

21. Confidens in obedientia tua scripsi tibi: sciens quoniam et super id quod dico, facies.

22. Simul autem et para mihi hospitalium: nam spero per orationes vestras donari me vobis.

23. Salutat ad Ephaphras, concupitius meus in Christo Jesu.

24. Marcus, Aristarchus, Demas, et Lucas, adiutores mei.

25. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

ANALYSIS.

Hæc Epistola, quia brevis, in capita non dividitur, sed quatuor in partes dividi potest, in salutationem, in exordium, in propositionem, et in conclusionem.

Inter has autem tanta est ad initium conexa, tanta minus simul ad eundem scopum, scilicet ad impetracionem.

Ipse Epistola, quia brevis, collimat, ut vix unum in tota hac Epistolâ repertas verba quod Philemonis animam ad misericordiam Onesimo faciendam non determinet. Ad hoc preparant omnia et singula salutationis ipsius verba, tribus primis versibus contenta. Vide

IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM Commentaria.

CHAPITRE UNIQUE.

1. Paulus vincens Christi Jesu, et Timotheus frater. Philomeni dilecto, et adjutori nostro,